

feroces, pravos, impios reddiderunt. Tam rapinis & injuriis militum adeò libera licentia, ut viam sæpè omnem intercludant, & penè addam hominum vitam. Quàm diu sanctitas quædam (ut ita dicam) armorum fuit, tam diu Romana militia. Postquam sanguine civili infecta ea & corrupta sunt postquam rapere & lancinare, atq; etiam lascivire in morem vertit, resedit illa virtus, & nihil aliud, quàm umbra & nomen militiae fuit. Licet nostra Militia nullibi comparanda cum Romana, attamen quòd vertatur mox alea rerum, quòd gloria & victoria ad alios redeat, vel potius abeat. Si votis aliud exoptandum, & factis aliter expectandum. Ah quàm utile multis frænum & correctio. Ah quàm suave animo jam maturo erit, meminisse pugnae & victoriae; integram sese à labe & corpus ab ægritudine asservasse. Ah quàm jucundum & quasi pabulum quoddam, animorum & judiciorum. Communiter vident parùm calere bellis (quia calore & vigore minùs fervido) consumuntur lento quodam igne. ne autem frigore magis dedecorent, semper illud ducunt ad pacem. Romanis concedebatur sola hospitalitas sub hac conditione, ut nihil ab hospite, quod vel hominum, vel animalium pastu necessarium redderent. Imò non lignum non oleum extorquere poterant, jam sæpè succum & sanguinem extrahunt, & vitam omnem è medullis, Crudele & horrendum genus pœnae, quod in milite adultero Divus Aurelianus constituit: qui deflexis duarum arborum capitibus iisdem pedes alligavit, ut inde arboribus demissis subito scinderetur. Ille scitrimè pependit, quod visu horrendum & aspectu. Romani ob ebrietatem non omnes puniverunt, certos tamen, sicut dum fulmen in unum aliquem cadit, etiam qui in proximo stant, tremunt; sic

F & inibi